



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Hierosolymæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

Pone gulæ metas, ut sit tibi longior ætas.
 In secundis meditare quo pacto adversa feras.
 Senectus laudabilis duobus quasi scipionibus niti-
 tur: recordatione vitæ honestæ antea, & spe vitæ me-
 lioris.

Non sapias plus quàm necesse est.
 Bonorum laborum fructus gloriosus.
 Δὲς πρὸς αὐτὸν αἰσχρὸν εἰσπρέειν λίθον.
 Primus error veniam meretur, repetitæ culpæ non
 venia, sed reprehensio debetur.
 Pax iniquissima bello justissimo præferenda.

VILNÆ IN LITUA-

N I A.

EPITAPHIUM EQUI STEPHANI
 REGIS POLONIÆ, QUI EODEM DIE,
 quo regis frater dominus Transylvaniae ex-
 tinctus est, exanimis con-
 cidit.

*Regis equus Stephani forma gressuq; superbus
 Et cursu velox prope Vilna conditur arcem,
 Qui moriens Regis fratrem presagii esse
 Sublatum é vivis: docuit quod fama secuta.
 Huic statua erecta est monumentum testis equini.*

HIEROSOLYMÆ.

AD S. SEPULCRUM QUOD
 VOCANT

Hierusalem, Bethleem & Nazareth.

JUL. CÆS. SCALIGER.

*Hic genua, hic animum, hic lacrymas, hic carmina pone:
 Mensq; mea ad patrium subvolat aucta polum.
 O promissa novo, populo promissa vetusto:
 Qua libertatis jura beata dabas:*

Cur vi-

Cur vidua, orba, jaces? sancti qua vulnera vultus?
 Quis fuit, ætheris qui scidit, ille, genas?
 Quam te terra canam? cœlum qua facta serenum es?
 Nos facti é cœlo sordida terra sumus.
 Tu nec laudis eges: nec nostro augebere cantu:
 At me abs te dici, gloria utrinq; tua est.

INSCRIPTIO S. SE-
 PULCRI.

Hac sub clausura recubat Christi caro pura,
 Sub cujus cura semper stat nostra figura.
 Est Deus hic tantus natus de virgine quantus,
 Militia caput hic, mundi medicina jacet hic.

ALIUD IBIDEM.

Sum Deus, ex quo carnem sumsi, sed sine narvo.
 Plebs mea me ligno fixit pendente maligno,
 Aspice plasma tuum, qui transis ante sepulcrum.
 Qui triduo jacui, cum pro te passus obivi.
 Quid pro me pateris, aut qua mihi grata rependis?
 Sum Deus & pulvis, sed regnes si modó seruos.
 Pro te passus, ita tu pro me prospera vita.
 Pro te plagatus, pro me tu pelle reatus.

EPITAPHIUM SABBÆ CASTILIONÆI

Equitis Hierosolymitani, quod vivens
 sibi ipse fecit.

D. O. M.

Putredini & corruptioni resurrecturis: utinam in me-
 lius Sabbas Mediolan. ex gente Castil. Fr. & Mil. Hieroso-
 lym. Et parvo contentus vixi. Parvo contentus & solita-
 rius hîc jaceo angusté. Qualis fuerim, nec ego scivi, nec tu
 quæras. Quisquis es, si pius es, deprecare Deum pro me.
 Hospes sospes abi. Vale & vive memor lerhi. Vivens mo-
 rituro mihi posui. Mortalium vita ortus, labor & mors.
 Obiit ann. Dom. Sal. M. D. LIII. die Martii.

Reliquum mortale & corruptibile fra-
 tris Sabbæ.

Rr ij

TUMULUS OVIDII POETÆ IN FI-
nibus Græciæ & Walachis, teste Laurentio
Möllero in historia Polonica &
Moscovitica.

Fatum necessitatis lex.

Hic situs est vates, quem divi Caesaris ira
Augusti Latia cedere jussit humo.
Sæpe miser voluit patriis occumbere terris,
Sed frustra; hunc illi fata dedere locum.

IN LUSITANIA,
PROPE VISEUM.

Semicapri quicumq; subis sacraria Fauni,
Hæc lege Romana verba notata manu:
Euphorbus jaceo hic: mecum Mercala quiescit,
Quæ soror, & genitrix, qua mihi sponsa fuit.
Ficta putas, frontemq; trahens anigmata Sphingis
Credis? sunt Pythio vera magistripode.
Me pater è nata genuit, mihi jungitur illa.
Sic soror, & conjunx, sic fuit, illa parens.

ARRAGONIÆ.

Quò vadam, nescio. Invitus morior. Valetè posthu-
mi.

M. Posthumius eques.

IN ANTIQUISSIMIS
AREVACIS HISPANIÆ
COLUMNIS.

Diocletian. Jovius Maximian. Hercules Cæss. Augg.
amplificato per Orientem & Occidentem imperio
Rom. & nomine Christianorum deletò, quia Rempub.
evertēbat.

Diocle-